DIFFINIENTIBVS

RR. ADM. PP. DIFFI-
nitoribus.

AD. R. P. Mag. Fr. Petro de Herrera Diffinitore Hiſpaniæ.

A. R. P. Mag. Fr. Ioanne Tourne Diffinitore Tholoſano.

A. R. P. Mag. F. Guillelmo Dudouyt Diffinitore Franciæ.

A. R. P. M. F. Io: Michaele Piò Bononiēſi Diffinitore vtriuſque Lombardiæ.

A. R. P. Mag. F. Michaele Arrigo Diffinitore Romano.

A. A. P. Mag. Fr. Ambroſio de Cordoua Diffinitore Regni.

A. R. P. Mag. Prouinciali Angliæ F. Ioāne Baptiſta de Capriata Diffinitore Angliæ.

A. R. P. Præſentato Fr. Ioanne Bertran Diffinitore Aragoniæ.

A. R. P. Mag. F. Franciſco Papa Diffinitore Trinacriæ.

A.R.

A.R.P. Mag. F. Vincentio Pereira Diffinitore Portugalliæ.

A.R.P. Mag. F. Ioãne de los Angeles Diffinitore Bęthicæ.

A.R.P. Mag. F. Iacobo de Rocourt Diffinitore inferioris Germaniæ.

A.R.P. Mag. F. Francifco Spuerio a Mõtealtò Diffinitore Calabriæ.

A. R. P. Magift. Fr. Ludouico Barrofo Diffinitore Mexicano.

A.R.P. Mag. F. Raymũdo Poiffon Diffinitore Occitaniæ.

A.R.P. Prędicatore generali F. Balthafar Verdugo Diffinitore S. Laurentij de Chile.

A.R.P. Prædicatore generali F. Archangelo de Dominicis Diffinitore Aprutino.

A. R. P. Mag. Fr. Gabriele Drohobics Diffinitore Rufciæ.

VNIVERSIS ET SINGVLIS PATRIBVS, ET FRATRIBVS

Ordinis Prædicatorum Fr. Seraphinus Siccus Papiensis Sacr. Theol. Professor, & totius eiusdem Ordinis humilis Generalis Magister, & seruus

S.

PERGIT proculdubio sanctissima Religio nostra in suis Institutis fœliciter, Deo benedicto fauoris sui aura adspirante. Nos etenim pro nostri muneris debito diuersas Prouincias perlustrantes, plurimos è propinquo sæpe aspeximus Religiosos, qui viã Dei, Priscorum Sanctorum Patrum vestigijs prænotatam, magnis, ijsque continuis percurrunt itineribus. Neq; tamen abnuimus, quin (vt est labilis humana conditio) nonnulli sint, qui in incepto languent itinere, & in hoc perfectionis stadio, quod currere cæperunt vacillãt,

&

& ruunt. Quod neque felicem Religionis nostræ cursum remoratur, neq; nos, eorũ emendationis spe destituit. Quis enim miles, etiamsi cadat, non surgat, resonante tuba alacrior, & animos, viresque sumat à casu? En, huius Generalis Capituli tubã, aures vestras (ò Fratres) personantem. Curritis? Incitamus. Vacillatis? hoc admonitionum, & legum suflamine vos sistere nitimur. Sic currite, vt compræhendatis, & ad illum supernæ tranquillitatis portum perueniatis, qui efficit perfectè beatos. Valete.

ACTA CAPITVLI GENERALIS.

Vlyſsiponæ in Conventu Sancti Dominici Ordinis Prędicatorum celebrati, in feſto S. Pentecoſtes 3. Iunij 1618. ſub R^mo P. Fr. Seraphino Sicco Papienſe, ſacrę Theologiæ profeſſore, Magiſtro Generali totius Ordinis Prædicatorum.

IN NOMINE SANCTISSIMAE TRINItatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & B. Mariæ ſemper Virginis, & B. P. N. S. Dominici, omniumque ſanctorum, & ſanctarum Dei.

INCHOATIONES.

INCHOAMVS, ut primus verſus hymni Aue Maris ſtella, flexis genibus in choro dicatur.

Flectant genua fratres ad primũ verſum hymni Aue Maris ſtella.

Inchoamus, ut in eccleſijs noſtris ſanctiſsimum Euchariſtiæ ſacramentum in vno tantũ altari, maiori videlicet, aſſeruetur. Quòd ſi ob miniſtrandam populo ſacram communionẽ ſit in aliquib⁹ Provincijs inducta, iamque approbata conſuetudo, ut idem ſacramentum in alio etiam ſacello, & altari custo-

Euchariſtia ſacramẽtum in altari tantũ maiori aſſeruetur.

custodiatur. Mandamus, ut eidem sacro ministerio Pater aliquis ex antiquioribus deputetur, qui semper sit paratus audiendis secularium confessionibus, & sollicitè (quod ei in meritum sanctæ obedientiæ præcipimus) procuret, vt dictum sacellum, & altare, debito cum ornatu, & decoro conseruentur.

CONFIRMATIONES.

Confirmantur Acta Capituli præcedentis

CONfirmamus omnia acta Capituli Generalis proximè Bononiæ præhabiti, nisi fortè aliquid per acta huius Capituli pro temporis opportunitate sit moderatum, vel innouatum.

In missis priuatis pro eleuatione Corporis Christi cereus accendatur.

Confirmamus ordinationem illam, vt in Missis etiam priuatis, paulo ante consecrationem, pro eleuatione diuinissimi sacramenti cereus accendatur.

Nouitij in grauioribus Conuentibus educētur in senario saltem numero.

Confirmamus id quod alias in Capitulo Salmanticæ 1551. statutum est, & Romæ 1571. suggerente etiã Sanctissimo Domino innouatum. Vt videlicet novitij non nisi in maioribus. & grauioribus Conuentibus, & vbi in rei veritate viget regularis obseruantia, non in minori, quam senario numero instituantur. Quod si in minoribus Conuentibus fuerint aliqui recepti, statim ad grauiores Conuentus mittantur educandi, ibique pro Conuentu, in quo siue pro quo habitum susceperunt professionem facturi, quæ omnia, & singula in multis preterea Capitulis Generalibus confirmata fuerunt.

Prouinciales nō passim proponant in electionibus, neque eas confirment, nisi de cōsilio patrum.

Confirmamus ordinationem Capituli Vallisoletani 1605. qua in hunc modum cautum est. Libertati electionum, quam tantopere sacra Tridentina Synodus commendauit consulere volentes, strictissime mandamus

damus obseruari, quod in Capitulo Generali Bononiæ 1564. statutum fuit: Ne videlicet Prouinciales in singulis electionibus aliquos eligendos ipsis electoribus proponant, nisi vbi specialis, & vrgens necessitas id postulauerit, & non aliàs: tuncque non pauciores quam tres proponantur. Addentes quòd ijdem Prouinciales, nullo modo Priores electos confirment, vel cassent, nisi de grauiorum Patrum consilio, & per eorum vota secreta, scilicet per calculos albos, & nigros.

Non eligãtur in Priores, qui chorum, & cõmunia seui non possunt, aut non consueuerint.

Confirmamus declarationem sepè alias factam, & glosæ constitutionum nostrarum distinctione secunda capite secundo insertam Eos videlicet, non posse eligi in Priores, qui Chorum, Dormitorium, Refectorium, & communia, prout decet, sequi non valent, Addentes insuper decretum felicis record. Clementis Papæ VIII. in quo habetur: Vt ad officia gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui possint, & consueuerint Regulas Ordinis, & Constitutiones obseruare, præsertim quæ pertinent ad seruitiũ Chori, ac vestitum, & victum communem.

Non recedant Lectores à doctrina D. Tho. alias officijs omnibus sint priuati.

Confirmamus id, quod in pluribus Capitulis ordinatum, præcipuè verò Valentiæ 1596. ad memoriam reuocatum est, vt videlicet Magistri Bacchalaurei, & lectores memores sint eorum, quæ habentur in declaratione nostrarum Constitutionum distinctione secunda de studentibus, circa doctrinam gloriosissimi Doctoris nostri Angelici D. Thomæ Aquinatis, quã legere, declarare, sustentare, & defendere tenentur; Contrarium vero facientes, officio Lectoratus, & quocumque alio officio, gradu, & dignitate perpetuo sint priuati.

Studentes extranei in studijs Generalib' ultra triennium non commorentur.

Confirmamus ordinationem disponentem, ut studentes extranei, peracto triennij studio ad suas Provincias reuertantur, revocantes hoc Decreto omnes licentias hactenus concessas remanendi in studio Generali ultra triennium, & aggrauantes superiorum conscientias, quatenus hoc, inviolatè observari procurent.

Excomunicantur, & penis grauioris culpæ subijciuntur procurātes diuisionem ordinis, vel institutionē Vicarij Generalis Indiarum.

Confirmamus ordinationem in quam plurimis capitulis Generalibus stabilitam, & tandem in Capitulo Parisijs 1611. repetitam, & confirmatam his præcisis verbis: Quod nullus sub penis in Capitulo de grauiori culpa contētis, ac etiā sub pęna excomunicationis late sententiæ, hac una pro trina canonica monitione præmissa (cuius absolutio Magistro ordinis reseruatur) directè, vel indirectè, diuisionē ordinis, aut institutionē Vicarij Generalis Indiarum quovis pretextu audeat, vel presumat procurare.

DECLARATIO.

Priores biēnales explentes officium post Dominicam Septuagesimæ durent usq; ad sequens Capitulū.

DEclaramus, quod Priores biennales, qui post Dominicam in Septuagesīma sui officij tempus explerent in eo nihilominus perseverent usque quo proximum sequens Capitulum Provinciale eiusdem anni fuerit celebratum.

ORDINATIONES.

Oleum sanctum, loco decenti ecclesiæ, vel sacristiæ asseruetur.

ORdinamus, ut Oleum sanctum in Ecclesia, vel sacristia, loco decenti, & peculiariter ad hoc constructo apposita propria inscriptione: nunquam vero in taberuaculo ubi S S. Christi corpus adoratur conservetur.

Or-

Ordinamus, ut in omnibus sacristijs nr̃is, vel (si minus capaces illæ fuerint) alio sacro loco ipsis contiguo oratoria aliqua decenter præparata construantur, ubi Patres Sacerdotes celebraturi sacra præmissa confessione, & prævia oratione, dignè, & commode se dispo nere valeant.

Oratoria aliqua construantur, ut Sacerdotes celebraturi digne se disponere possint.

Ordinamus, & districté præcipimus Patribus Confessoribus sub pena suspensionis ab audientia confessionum, ut ob tanti decentiam sacramenti mulierum confessiones semper ex confessionalibus per minuta laminæ ferreæ, vel alterius solide materiæ foramina excipiant nunquam vero extra cõfessionalia, neque aperta facie. Quòd, si qui hãc ordinationẽ, & man datum violare presumpserint: mandamus Patribus Prioribus, eorum conscientias aggravantes, ut eadem suspensionis pena, tales inobedientes puniant.

Confessores nunquam extra Confessionalia audiant confessiones mulierum.

Ordinamus, ut unus tantũ Confessarius ordinarius cuique Monasterio monialium deputetur, aut duo ad summum, si (ob multitudinem monialium) id necesse fuerit: extraordinarius autem Confessarius eisdem Monialibus offeratur bis, aut ter in anno iuxta decretum sacri Concilij Tridentini.

Vnus tantum Confessarius ordinarius cuilibet monasterio monialiũ deputetur, vel duo ad summum.

Ordinamus nequis ratione novæ asignationis possit eodem anno duos eligere Priores, nec socios pro Capitulo Provinciali, exceptis Regentibus, Lectorib⁹, & studentium Magistris, qui studiorum promovendorum intuitu alijs Convẽtibus asignati fuerint, & etiã supprioribus de novo institutis. Quæ tamen exceptio non intelligatur de Lectoribus Casuum conscientiæ.

Nullus frater eodem anno eligere possit duos Priores, neque socios exceptis lectoribus, & supeprioribus.

-§§-

ADMONITIONES.

Fratres non accedãt ad curiam Romanam sine licentia magistri Ordinis.

ADmonemus omnes nostri Ordinis fratres, vt omnino seruent decretũ à Sãctissimo Domino Nostro emanatum, quo prohibentur regulares accedere Romã sine licentia magistri Ordinis sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuę, & carceris formalis per sex menses.

Admonemus omnes, & singulos nostri Ordinis fratres, tã Prælatos, quàm subditos, vt accuratè perpendant decretum à fœl. recor. Gregorio XIII. emanatũ, quod Clemens Papa VIII. confirmauit, & extendit, & demum Sanctissimus Dominus nostre Paulus Papa V. sic extensum innouauit, & roborauit: quo mandatur in virtute sanctæ obedientiæ omnibus nostri Ordinis Prælatis, ne ad instantiã quarũcumq; personarũ extra nostrum Ordinem constitutarũ quacumq; dignitate, vel excellentia fulgentium, cuiuis nostri Ordinis Religioso vllã remittere pœnã, aut grãm cõcedere, vllosue gradus, dignitates, officia, administrationes, functiones, seu prælaturas conferre audeant: Quicumque autem eiusdem nostri Ordinis Religiosi, qui per huiusmodi mendicatos fauores, aliquid ex prædictis sibi procurauerint, vel sibi spontè (ad instantiam, & contemplationem dictarum personarum) oblatum receperint, vel ad hunc effectum munera aliqua impenderint ad talia, & similia, ac etiam maiora consequenda inhabiles Apostolica auctoritate declarantur. Ideòque omnes securitati suæ conscientiæ prospiciant.

Admonemus PP. Prouinciales, ne faciles sint in eijcien-

ciẽdis Religiosis ab ordine, sed cõsiderent quid sibi velit, hominem à Religione expellere. Potius autem seruent, quod traditur in declaratione cap. de grauiori culpa, vt scilicet ipsi Prouinciales cũ Diffinitoribus, vel cũ quatuor Prouincię Patribus, aut alijs, qui Diffinitores fuerint, facinorosos puniãt etiã pœna triremium. Nũquã verò ob quod cũq; crimẽ aliquẽ habitu exuãt, & à Religione expellant, nisi seruata precisa, & integra forma nostrarum legum, & constitutionum, & de grauissimorum, & doctissimorum Patrum maturo consilio per vota secreta.

Non absoluatur Priores sine Patrum Consilio.

Admonemus RR. PP. Prouinciales, ne ad absolutionem Priorum quoquomodo (ipsis inauditis) procedant, sed adhibito consilio duodecim patrum ex grauioribus, vel (si non suppetat numerus) octo ad minus, de eorum voto secreto, & non aliter causam decernant.

Detractores fratrum apud seculares carceri mancipentur.

Admonemus omnes fratres nostri Ordinis, tam Prælatos, quàm subditos: vt memores sint eorum, quæ continentur in nostris constitutionibus dist. 1. cap. 18. tex. 5. Quod videlicet quicumque crimina fratrum, secularibus personis extra obedientiam nostri Ordinis constitutis reuelauerit, vnde fratri, vel Ordini infamia, vel damna fuerint subsecuta, carcerali custodiæ mancipetur; & quod huiusmodi Ordinis destructores, non nisi per Magistrum Ordinis, vel per Capitulum Generale possint liberari. Præcipimusque omnibus Prælatis, & Prouinciarum, seu Conuentuum Præsidentibus, vt huiusmodi delinquentes pœnam in prædicta constitutione taxatam irremissibiliter, subire compellant.

Sacramentum Eucharistiæ intra Chorum nec septa Monasterij monialium conseruetur.

Admonemus omnes Patres Provinciales, & Priores, quibus Monasteriorũ monialium cura incũbit, ut procurent strictissimè observari Decretum S. Conc. Tridentini, quo cavetur, ne sanctissimum Christi corpus intra chorum, vel septa Monasterij monialium cõservetur: non obstãte quocunq; indulto, seu Privilegio.

Non est in potestate alicui⁹ Prouinciæ nõ acceptare acta, vel statuta Capitulorum generalium, sed vnaquæq; tenetur acceptare illa, & obseruare.

Admonemus A. RR. PP. Provinciales, & Provinciarum Vicarios, & quoscunq; Capitulorum Diffinitores, conformiter ad ea, quæ in pluribus Capitulis Generalibus, & præsertim in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1589. Sancita & declarata, & Parisijs 1611. ad memoriam revocata sunt: Non esse videlicet in potestate alicuius Provinciæ prætextu cuiusvis consuetudinis, ant privilegij non acceptare acta, seu statuta Capitulorum Generalium, sed omnes, & singulas Provincias, decretis, & ordinatis in eisdem Capitulis ita subiectas esse, ut unaquæq; earum teneatur ipsa acta in unoquoque Conventu publicare, acceptare, & inviolabiliter observare, ut potè pro comuni bono Provinciarum, Conventuum, & Fratrum facta. Et (quaten⁹ opus esset) authoritate Apostolica revocatã & annullatam fuisse quãcunque consuetudinem, aut quodcunq; aliud in contrarium existens.

COMMISSIO.

Committitur Reuerẽdissimo noua constitutionum impressio.

Committimus Rmo Magistro ordinis, ut constitutiones nostras, cum declarationibus, & appẽdicibus, quas ipse apponi mãdavit, & nos in hoc Capitulo Generali communi consensu approbavimus, & acceptavimus quam primùm prelo subijci, & in lucem prodire, in communem totius Religionis commodũ procuret.

CON-

5

CONCESSIONES.

Concedit Reverendissimus P. N. M. Ordinis omnibus, & singulis fratrib⁹ suæ curę subiectis, quod semel eligere possint aliquem Patrem Sacerdotem ad audientiam confessionum in nostro Ordine expositũ, qui ipsos possit absolvere ab omnibus censuris, casib⁹, & peccatis, in quæ ante horum publicationem incurrerint. Idẽ absolutionis benefitium monialibus conferre poterunt earum ordinarij confessarij. *Cõceditur Fratribus ut semel possint sibi eligere confessorem.*

2 Concedit idem R. M. ordinis omnibus RR. AA. PP. Diffinitoribus huius Capituli Generalis, ut possit unusquisque eorum aliquem de sua dumtaxat provincia ad pænas gravioris culpæ ante celebrationem huius Capituli damnatum (siquis fuerit) ad omnes gratias ordinis restituere: si tamen sua humilitate & rectæ vitæ exemplo huiusmodi favore se dignum præstiterit. *Conceditur adm. RR. PP. Difinitoribus, ut aliquem condemnatũ restituere possint ad gratias Ordinis.*

In Prouincia Hispaniæ.

APprobamus piam huius Provinciæ cõsuetudinem, qua, dum Antiphona Salve Regina post completorium cantatur, ad illa verba *Eia ergo*, &c. omnes fratres genua flectunt.

Approbamus ad petitionẽ provinciæ, erectiones locorũ nostrorum de Cifuẽtes, & de Potos in Prioratus.

Acceptamus conventum monialium de Portacæli Vallisoleti, & approbamus conventiones, & pacta inter DD. Rodericum Calderon Marchionem septẽ Ecclesiarum dicti monasterij fundatorem, & fratres nostræ Provinciæ Hyspaniæ inita, super prædicti monasterij fundatione.

Promovemus ad gradum Magisterij R. P. fratrem

 Dida.

Didacum Giron. Ad *Præſentaturam* autem RR.PP.F. Franciſcum de Arauxo, F. Gabrielem Caicedo, F. Didacum Rodriguez, & F. Franciſcum de Araña, qui pro ſua prouincia in hoc Generali Capitulo Concluſiones defendit. Ad *Preſentaturam* verò titulo prædicationis promouemus R.P.F. Hyacinthũ de Colmenares, & F. Garciam de Carauajal.

Inſtituimus in Prædicatores generales P.F. Illephonſum Fernandez, & F. Ludouicum Manuel ſeruatis ſeruandis.

Approbamus Magiſteria RR.PP.F. Illephonſi Barrãtes, F. Ludouici Pinti, F. Gabrielis Gonzalez, & Præſentaturã P.F. Hyacinthi de la Plaça, & Prædicaturã generalem P.F. Bernardi Gutierrez, ſaluis prouinciæ iuribus.

In Prouincia Tholoſana.

ADmonemus vt filij huius Prouinciæ, qui verè apti, & idonei fuerint alijs præferantur in electionibus ad Prioratus eiuſdem prouinciæ.

Committimus R. Magiſtro Ordinis, vt in ſua viſitatione quo ad durationem, & reelectionem Priorũ pro ſua prudentia opportunè prouideat: Nouitios in Conuẽtibus ad id aptioribus educari procuret, & ſtudia in Cõuentu Burdegalenſi pro iuuenibus prouinciæ, vt expedire iudicauerit inſtituat.

Committimus, & ſimul rogamus R. N. Magiſtrum Ordinis, vt cùm vrgente aliqua neceſsitate Commiſſarios ad hãc Prouinciã deſtinare voluerit, tẽpus illis præſcribat, vltra quod ſuam commiſsionem protrahere non poſsint, qui etiam priuſquam aliquẽ ſuæ auctoritatis,

tatis actum exerceant, patentes litteras in ingressu Prouintiæ ostendere, & publicare teneantur.

Declaramus quod Fratres iuuenes huius prouinciæ possunt mitti ad studia generalia aliarum Prouinciarum, etiam ad Parisiensę, donec fuerit in hac Prouincia erectum studium.

Admonemus R.P. Prouincialem, vt de consilio grauiorum Patrum mittat aliquos Religiosos, vita, & moribus probatos ad Conuentum Brageracensem: in cuius edificatione, & instauratione redditus, qui superfuerint consummantur, neque in alios vsus conuertantur.

Declaramus ad petitionem eiusdem Prouinciæ, quod Pater Magister Frater Renatus Faber, qui modo est Vicarius loci de Genisse, à Vicariatu amoueri non potest, Reuerendissimo Patre Magistro Ordinis inconsulto.

Ordinamus, vt confessarij monialium, tam ordinarij, quam extraordinarij (iuxta sacri Concilij Tridentini decreta concedendi) sint Patres grauiores, & seniores, atque in casibus conscientiæ sufficienter instructi.

Fratres Prouinciæ, qui cum debitis licentijs ad quemcumque Conuentum cuiusuis Prouinciæ, vel congregationis declinauerint benignè recipiantur, & hospitali charitate tractentur.

Promouemus ad gradum Magisterij ad petitionem huius Prouinciç RR. PP. Fratrem Ioannem Dugier, & Fratrem Antonium Labat, seruatis seruandis, & saluis iuribus Prouinciç.

ADmonemus R. P. Provincialem tum presentem, tum pro tempore futurum, ut reformationi suæ Provinciȩ totis viribus incūbat, & studia promoveat in Conventibus ubi vigere possunt.

Declaramus quod fratres non possunt sine licencia legitima egredi propriam Provinciam, nec etiam pretextu se transferendi reformationis gratia ad aliã Provinciam, vel congregationem.

Committimus, & quantum possumus obnixê rogamus Rum P. nostrum Mag. Generalem, quod R. P. Provinciali super regulari observantia, & reformatione diligenter, & cũ fructu euigilante, conventus Provinciæ, ab ipsa nequaquam separet.

Admonemus R. P. Provincialem, quod si Patres magistri, seu graviores in Priores etiam miserabilium Conventuum electi, & confirmati fuerint, ipsos Patres, gravioribus penis, & censuris, Prioratus illos (nisi aliàs subsistentem, & legitimam causam pro se adduxerint) acceptare compellat.

Approbamus Magisteria A. R.P.Fr.Guillelmi Duduit, huius Capituli Diffinitoris, & P.F.Io:Pelerin eius socij.

Approbamus etiam lecturam Sententiarum PP. F. Io: Champenois, Fr. Nicolai de la Mare, & Fr. Philippi Moustier, in Vniversitate Parisiensi.

In Prouincia utriusq; Lombardiæ.

AD petitionem Provinciæ statuimus, ut in posterũ admittendi ad Baccalaureatum, iuxta consuetudinẽ antiquã unum saltem actum Bacalaurei in studio

Bononienſi exercere debeant.

Item ad petitionem Provincię crdinamus, ut qui deinceps acceptabũtur á PP. Provincię in magr̃os Provincię non peracto in ſtudio Bononienſi Baccalaurei munere, loco non gaudeant neque voce, niſi completo tempore, quo idem munus execere debuiſſent, computando â tempore acceptationis. Quod ſi contingat, plures ſimul approbari in Magiſtros; biẽnium Baccalaureatus ſecundi approbati, incipiat, ſeu incipere intelligatur poſt biennium expletũ primi, bienniũ tertij expleto biennio ſecundi, & ſic deinceps. Ita tamen, ut qui actu in officio Bacalaureatus inſervierint cæteris omnibus loco, & voce præferantur, niſi Magiſter Ordinis propter rationabiles cauſas aliter expedire iudicaverit.

Ad inſtantiam Provinciæ S. Petri martiris, commẽdamus Conventum Bonifacij in Inſula Corſica R. A. P. Provinciali huius noſtre Provinciæ vtriuſq; Lõbardię eiuſq; curæ illum cõmittimus dummodo á Capit. Provinciali, eiuſdẽ Provinciæ Lõbardiæ acceptetur.

*Promovemus ad gradum Magiſterij RR. PP. Lectores Fr. Hieronimũ de Neapoli, F. Hyacinthum de Bergomo, qui in hoc Capitulo pro hac ſua Provincia cõcluſiones ſuſtinuit, & Fr. Dominicũ de Toſsignano ſocium A. R. P. Procuratoris in Curia.

Acceptamus magiſteriũ A. R. P. F. Sixti de Mutina, cũ loco & voce, & approbam⁹ Magiſteria A. RR. Pum. P. Fr. Hieronimi Mariæ de Bononia, Inquiſitoris Regij P. F. Pij de Bononia Inquiſitoris Anconæ, P. F. Thomæ de Tabia Inquiſitoris Arimini, P. F. Stephani de Vidigulfo ſocij Rmi. P. Gener. P. F. Stephani ab Aurea. P. F. Hippoliti Mariæ Dõzelli Inquiſitoris Vercell. P. F. Auguſtini de Regio Inquiſitoris Creme, P. F. Agapiti

ti de Crema, F. Ioannis Michaelis de Bononia huius Capituli Difinitoris, F. Ioannis Mariæ de Garrexio, & F. Ambrosij de Tabia saluis iuribus suę prouinciæ.

Approbamus affiliationes P. F. Hippoliti de Quinciano pro Cōuentu Gratiarū Patauino A. R. P. Magist. F. Hieronymi de Camerino pro Conuentu S. Dom. Mātuano, & P. Lectoris F. Egidij Portæ de Verona pro Cōuentu S. Anastasiæ de Verona, seruatis tamen omnibus, in litteris patētibus affiliationū expressis, & non aliter.

In Prouincia Romana.

Damus in Regentem studij nostri Querquensis pro annis proxime futuris R. P. Fr. Thomam Mancinum Baccalaureum, quem etiam ad Magisterium promouemus, seruatis seruandis, & saluis prouinciæ iuribus. In Bacca. vero ordinarium damus P. Fr. Modestū Almenium, & in Magistrum studentium P. F. Petrum de Cersanea.

Acceptamus Magisterium R. A. P. F. Michaelis de Arrighis, huius Capituli Diffinitoris, cum loco, voce, & priuilegijs Prouinciæ, dummodo non obstet Indultum aliquod Apostolicum pro hac Prouincia aliàs emanatum.

Promouemus ad Magisterium A. RR. PP. F. Dominicum Gorium, F. Andream de Berincasis, & F. Reginaldum Cellium, saluis iuribus suæ Prouinciæ.

Acceptamus prædicaturam Generalem F. Hyacinthi Stephanij, cum voce, gratijsque alijs, dummodo nō obstet Indultum aliquod Apostolicum: & approbamus prædicaturam generalem P. F. Dominici Biagij, saluis iuribus suæ prouinciæ.

Approbamus Magisteria RR. PP. F. Dominici de

Bar-

Barberano, Fr. Dominici de Grassis, Fr. Archangeli de Baldinis, Fr. Iacobi de Cotta, Fr. Ambrosij de Brandis, Fr. Nicolai de Rodulfis, eius lecturam approbantes pro gradu, & forma Baccalaurei in Collegio Romano secundum consuetudinem huius prouinciæ, Fr. Timothei de Riccis, & F. Gregorij de Vrsinis, instituti à S.D. N. vt nobis relatum est: saluis iuribus prouinciæ.

Approbamus Magisteria studentiū, quæ exercuerunt R.P.M.F. Thomas Caccinus in Collegio Romano, & P.F. Frāciscus Chiadinus in studio Querquensi.

In Prouincia Regni.

COmmittimus R.P.N. Magistro Ordinis, vt in hac Prouincia, & in Congregatione Sanitatis ea decernat, quæ pro sua prudentia, pacis, & obseruantiæ regularis conseruationi opportuna iudicauerit.

Promouemus ad Magisterium ad petitionem Prouinciæ RR.PP.F. Archangelum de Pontecuruo, & F. Ioannem Baptistam de Caserta Baccalaureos, seruatis seruandis, & saluis iuribus suæ Prouinciæ, & eisdem adiūctis conditionibus, promouemus ad Baccalaureatum PP. Lectores F. Marcum Antoniū de Neapoli, F. Theodorum de Balneolo, F. Hieronymū Bongiorno, F. Hyacinthum de Bellis, & F. Adeodatum Boczellinum.

Pro Congregatione autē Sanitatis ad eiusdem Congregationis petitionem promouemus ad Magisterium PP Baccalaureos, F. Cornelium de Auitabili de Neapoli, F. Octauianum de Neapoli, & F. Domicum de Neapoli Magistrum Nouitiorum in Conuentu Sanitatis, dummodo iste sustineat Regētiam in Conuētu Cosentino.

Damus in Baccalaureum ordinariũ P. Baccalaureũ Fr. Antoninum de Camarota.

Corfirmamus, ut lectio textus S. Thomæ habeatur in Conventibus Neapolitanis S. Petri martyris, & sancti Spiritus.

Statuimus, quòd nullus posit asignari in studio formali S. Dominici Patrum Sanitatis, nisi triennio expleto in textu S. Doctoris in predictis Conventibus, & nisi Conclusiones ex universa Phylosophia defenderit, aliàs talis asignatio nulla sit pro officio lectoratus obtinendo.

Declaramus iuxta nostras Constitutiones, quod Patres Provinciales, expleto officio habent locum super omnes alios Fratres Congregationis respectivè.

In Provincia Theutoniæ.

COmmittimus P. nostro R^mo^ Magistro Ordinis, ut quam primum fieri poterit, duodecim fratres ex Provincijs Hyspaniarum ad hanc Provinciam Theutoniæ dirigat, quorum aliqui novitijs educandis sint apti, cæteri verò, legendo, & docendo, fratres ibi commorantes, Phylosophicis, & sacris literis instruere valeãt.

Cõmittimus A.R.P.M.F. Thomæ Marino Provinciali terræ Sãctæ in hanc Provinciã à R^mo^. N. M. Ordinis Visitatori destinato, ut Monasteriũ monialiũ Vallis S. Catherinæ quod Diessenoffẽ nũcupatur, nisi sorores illę clausuram admittant, & obedientiæ Ordinis, ut par est se subijciant, Illustrisimo ac Reverendisimo Ordinario moderandum renunciet.

Confirmamus Ordinationes à predicto A. R. P. Visitatore factas pro istius Provinciæ regulari observantia, & regimine.

In

In Prouincia Poloniæ.

COnfirmamus ordinata in Capitulis Romano 1612. & Bononienſi 1615. pro hac noſtra prouincia.

Damus in Regentem noſtri ſtudij Generalis Cracouienſis R.P.M.F. Lucam Samoculium, in Baccalaureum P.F. Camillum Iaſinſh, & concedimus R P. Prouinciali, & Diffinitoribus Prouincialis Capituli, vt poſsint quolibet anno prouidere de Magiſtrio ſtudentium in dicto ſtudio, habita tamen ratione, non quidē antiquitatis, ſed ſufficientię in litteris, & ſeruatis omnibus ſeruandis iuxta ordinationes Capitulorum Generalium.

Promouemus ad Baccalaureatum PP. FF. Georgiū Trebnier Lectorem, & P.F. Suentoſlaum Siluichi Lectorem: hac tamen conditione, quo ad P. Suentoſlaum, vt primo fungatur officio Magiſtri ſtudentium.

Approbamus Magiſterium R. P. F. Fabiani Bizcouij ſaluis ſuæ prouinciæ iuribus.

Aſsignamus in ſtudio Salmanticenſi pro loco primo vacante P.F. Auguſtinum de Varſouia.

In Prouincia Greciæ.

COncedimus prouinciæ noſtræ Greciæ ad ſui petitionem, & inſtantiam, vt eligere ſibi poſsit Prouincialem, dummodo habeat ſufficientiam vocalium, iuxta diſpoſitionem noſtrarum legum, Conſtitutionū, & Capitulorum Generalium, & non aliter

Ad petitionem eiuſdem Prouinciæ inſtituimus

Bac-

Baccalaureum seruatis omnibus seruandis P. Lectorem F. Hyacintum Cita nostræ prouinciæ S. Dominici, socium P. A. R. Prouincialis Prouinciæ Greciæ.

In Prouincia Aragoniæ.

ERigimus in Prioratum seruatis seruandis domum nostram S. Dominici Villæ de Incha, cui præficimus in Priorem P. F. Franciscum Berart, instituentes in Prædicatorem generalem pro eodem Conuentu P. F. Christophorum Fiol.

Item erigimus in Prioratum domum nostram Beatæ Virginis de Rosario in Regno Maioricarum seruatis seruandis, & damus pro hac vice in Priorem illius P. F. Iacobum Cifre: in Prædicatorem vero generalem instituimus pro eodē Cōuentu P. F. Antonium Gacies.

Committimus R. N. Magistro Ordinis, vt in sua visitatione, circa erigendam domum S. Mariæ del Pilar in Prioratum, pro sua prudentia decernat.

Committimus R. P. Prouinciali, vt opportunè prouideat, ne Collegium Dertusæ magis quam ęquum sit, in expensis grauetur.

Confirmamus ordinationes, quas R. N. Magister Ordinis in sua visitatione reliquit pro Cōuentu S. Ildephōsi Cęsaraugustę. Admonemusq; Priores illius Conuentus, vt voluntatem testatoris inuiolatè adimpleant.

Acceptamus Conuentū Monialiū Calataiubi, fundatum à perillustri D. Iosepho de Palafor, Catholici Regis Capelanco, & Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Canonico, cum pactis, & conditionibus inter ipsum, & Prouinciam Aragoniæ initis: admittentes eundem Dñm fundatorem, tāquam ordinis nostri singularem benefactorem, in vita pariter, & in morte ad participationem om

nium

nium bonorum spiritualium totius Ordinis nostri.

Confirmamus ordinationē sæpè factā,ne duo fratres carnales sibi in Prioratu succedāt, neq; Supprior sit frater Prioris,quā ordinationem ad moniales extēdimus.

Prouisionem moderatorum pro studijs, & Lector ū pro Cōuentibus, sicut cœtera alia in hac prouincia disponenda, ad P. R. N. Magistrum Ordinis referimus, vt ipse in reditu ad hanc eandem prouinciam pro sua prudentia,omnia,vt expedire iudicauerit perficiat.

Promouemus ad Præsentaturam seruatis seruandis, & saluis suæ prouincię iuribus P. F. Franciscum Palau, qui in hoc Capitulo pro sua Prouincia cōclusiones sustinuit,& P.F.Franciscum Ximenez, & P. F. Vincentiū Noguera, dummodo pro omnibus istis verè, & realiter vacet locus.

Instituimus in prædicatores generales P.F.Bernardum Bonet,P.F.Antonium Gacies,& P.F.Christophorum Fiol seruatis seruandis.

Approbamus omnes gradus à Capitulo Generali immediatè prætcrito,vsque ad istud ritè cōcessos, & à prouincia acceptatos saluis eius iuribus.

In Prouincia Prouinciæ.

STatuimus,vt circa Aquensem Conuentū nihil innouetur præter iam statuta à P. R. N. Magistro Ordinis,sed in sua iam incepta strictiori obseruantia Fratres ibi commorantes progrediantur.

Promouemus ad gradum Præsentaturæ,sic petente prouincia,P.F.Hyacinthum Taon,&.P. F. Hyacinthū Moncirum,seruatis seruandis. Huncque damus in Regentem eiusdem Conuentus, dummodo prius in hoc generali studio S.Domin. Vlysiponensis examinetur.

Admonemus, ſimulque mandamus, vt in recipiendis ad habitum pueris, & inſtituendis Prædicatoribus generalibus Decreta Apoſtolica, & leges noſtræ obſeruentur.

Committimus P.N. Reuerendiſsimo, vt ad dictum Conuentum Aquenſem aliquem Commiſſarium dirigat qui in eo ſtudia inſtituat, in cœteriſque prouideat, quatenùs nouiſsimè opus eſſe videtur.

In Prouincia Trinacriæ.

CONfirmamus, vt ſtudentes à Patribus Moderatoribus quolibet anno examinentur, & inepti priuentur ſtudio, & in alijs officijs occupentur, vt ordinatũ fuit Romæ 1608.

Admonemus vt decretum Apoſtolicum ſeruetur, quo Fratres prohibentur Romam ire abſque ſpeciali Magiſtri ordinis licentia.

Ad petitionẽ Prouinciæ erigimus in Prioratus loca S. Domin. de Caſtrienne, & S. Spiritus Marſaliæ ſeruatis omnibus, & ſingulis ſeruandis iuxta cõſtitutiones Apoſtolicas, & leges noſtras.

Damus in Regentem noſtri ſtudij S. Domin. de Panormo illum quem P. Reuerendiſsimus Magiſter Ordinis iudicauerit idoneum, in Baccalaureum ordinariũ P. Baccalaureum F. Thomam Galuzzo de Panormo, & in Magiſtrum ſtudentium P.F. Thomam Foreſta ſeruatis ſeruandis.

Damus in Regentem ſtudij noſtri S. Domin. de Meſſana R.P.F. Hyacinthum de Luna Magiſtrum. In Baccalaureum vero, & Magiſtrum ſtudentium, eos quos pro ijs muneribus Reuerendiſsimus Magiſter Ordinis delegerit.

Prome

Ad petitionem Prouinciæ Promouemus ad Magisteriũ seruatis seruandis, & saluis Prouinciæ suæ iuribus RR.PP.F.Thomam Galuzzo, F.Hieronymum Ismargio, F.Iosephum Ferraca, F.IoannemBaptistam Capello. Ad Baccalaureatum vero cũ eisdẽ conditionibus RR.PP.F. Decium Labarca, F. Vincentium Riccobene, F. Thomam Foresta, & F. Petrum Nauida.

Asignamus in Conuentu Bononiensi pro loco primo vacante pro rata suæ prouinciæ P.F.Franciscũ Spuces de Taurmenio, & P. F. Augustinũ Spuces de Taurmenio.

In Conuentu autem S. Domin. de Neapoli simili modo asignamus P. F. Hyacinthum de Cifaludo, & P.F.Bonauenturam de Messana. In Conuentu verò S. Dominici de Messana asignamus pro loco prtmo vacante P.F. Vincentium de Noto, & P. F. Vincentium de Sancto Philippo.

Supernumerales in Conuentu S.Dominici de Messana erunt P.F. Dominicus de Casalucchio, & P.F.Hieronymus de Messana, accedẽte cõsẽsu P.Prouincialis.

In Prouincia Portugalliæ.

Confirmamus ea omnia que à R^mo Magistro Ordinis ordinata fuerunt in visitatione huius prouinciæ.

Promouemus ad Magisterium ad petitionem prouinciæ RR.PP. Præsentatos F.Georgium Pinheiro, F. Antoniũ de Escusa, F.Ignatium Galuan, & F.Emanuelem Tenes seruatis seruandis, & saluis suæ prouinciæ iuribus, quibus conditionibus ad Præsentaturam promouemus P.F. Emanuelem Rabelo, F. Antonium de Natiuitate, F.Mauritium de Cruce, & F. Ioannem de Vascon-

Vasconcellos, qui pro hac sua prouincia conclusiones defendit, & F. Christophorū de Brito ad titulum prædicationis.

Ad petitionem prouinciæ instituimus in Prædicatores generales pro locis vacantibus, iuxta ordinem antiquitatis, suæ professionis, & non aliter, P. F. Ludouicū Ribeiro, F. Gonçalez de S. Hiacyntho, F. Iosephum de Silua, F. Antonium de Angeles, F. Gasparum de Gois, & F. Georgium Coello, dummodo primò examinentur, & approbentur per vota secreta à quinque patribus Magistris.

Confirmamus omnia ordinata per Reuerendissimū Magistrum Ordinis pro congregatione Orientali, pro qua ad Magisterium promouemus P. Præsent. F. Hieronymum de Paisaõ, ad Præsentaturam P. F. Emanuelem de S. Raimundo, & ad Præsentaturam titulo prædicationis P. F. Franciscum de Auelar, dummodo omnes isti habeant requisita, & seruatis seruandis, saluisq; suæ prouinciæ iuribus, ea etiam adiuncta conditione, vt omnes prædicti maneant in illa congregatione, & ei ad sexennium saltem, inseruiant.

Approbamus Magisteria RR. PP. F. Ioānis Baptistæ, & F. Simonis de Luce.

In Prouincia Bethica.

Declaramus quod in Capitulo tantùm Electionis, à P. Prouinciali, & PP. Diffinitoribus instituantur prædicatores generales, qui tamen in eodem Capitulo vocē non habeant.

Confir

Confirmamus ordinationes Capitulorum Generalium Parisiensis,& Bononiensis, quo ad auctoritatem Patrum in Congregationibus intermedijs vnitorũ: Declarantes electionem Diffinitoris pro Capitulo Generali habendam esse in Capitulo Prouinciali, iuxta dispositionem nostrarum Constitutionum, & non aliter.

Committimus R.P.N. Magistro Ordinis, vt in visitatione huius nostræ Prouinciæ curet erigi domos Nouitiorum in illis tantum Conuentibus, quos ad id accomodatos censuerit, & terminet controuersiam circa Collegium nostrum Reginæ Angelorum in Ciuitate Hispalensi, an scilicet ad formam Conuentus sit reducendum.

Deputamus Conuentum de Alcala de los Ganzules pro educandis Nouitijs Anglis, vt etiam â Capitulo Prouinciali huius prouinciæ decretum fuit: seruatis seruandis iuxta Constitutiones nostras.

Admonemus quod nullus promotus, vel promouẽdus ad gradum Magisterij, vel Præsentaturæ, vel ad Prædicaturam generalem, potest neque debet gaudere titulo, nec loco, nec voce, neque alijs gratijs, vel priuilegijs, nisi sint seruata, & seruentur omnia, & singula expressa in nostris Constitutionibus, & Litteris Apostolicis sub pœnis in eisdem contentis. Et committimus Reuerendissimo Magistro Ordinis, vt in sua visitatione prouideat, & ordinet ea, quę circa huiusmodi gradus pro bono statu huius prouinciæ iudicauerit expedire.

STatuimus vt quot sunt numero Conuentus, tot & non plures sint prædicatores generales iuxta Cõstitutiones nostras. Inter huiusmodi autem predicatores generales concedimus, vt gaudeãt quatuor eximij, qui fuerint designati à PP. Prouinciali, & Diffinitoribus, gradu Præsentaturæ modò habeant requisita, & talis sit huius prouinciæ vsus.

Promouemus ad Magisterium R. P. F. Tossanum VValterij seruatis seruãdis, & saluis prouinciæ suę iuribus, & ad Præsentaturam titulo Prædicatonis P. F. Hieronymum Valuanum Prædicatorem generalem, dummodo habeat requisita.

Instituimus Predicatores generales P. F. Iudocum Cabilio P. F. Ioannem Locquet, & P. F. Petrum Dens.

Ad petitionem Diffinitoris damus in Lectores pro prima vacante cursus Artiũ Duaci P. F. Marinum Ambrosium à Capello, & P. F. Ioannem Roman.

Approbamus Magisteria RR. PP. F. Ioannis de Loiz. P. F. Henrici Chocquelij, & P. F. Ioãnis Bocquet: & Baccalaureatus P. F. Thomæ Plancham. F. Ioannis Dumes. F. Iordani Ocsien. F. Andreæ à Turri, & F. Petri de Faij.

Admonemus, vt iuxta sæpius ordinata in Capitulis Generalibus, Decretum electionis Diffinitoris pro Capitulo Generali sit autẽticum, & petitiones prouinciæ ad idem Capitulum mittendæ signentur sigillo prouinciæ, & subscribantur à PP. Prouinciali, & Difinitoribus Prouincialis Capituli.

Decernimus vt non augeatur numerus Monialium Conuentus Tegularensium propè Attrebatum, nisi dotem

dotem tribuerint duplicatam iuxta decretum Pontificium. His vero monialibus cōcedimus, vt festū S. Margaritæ sub toto duplici celebrare posſint, non intermiſſo tamen Officio B. Virginis.

In Prouincia S. Thomæ Apuliæ.

ORdinamus vt in Conuentibus vbi eſt ſufficiens eligentium numerus, Priores per electionem fiant, nullusque vocalium (ad cauendas fraudes) voci ſuæ renunciare poſsit. Nolumusque vt Priores Conuentuum qui in Prouinciali Capit. ſuis Prioratib⁹ renūciauerint: in eodem Capitulo aſſumi poſsint in Priores aliorum Conuentuum.

Damus Vicariæ Capitanatæ, Conuentus Luceriæ, & Fogiarum: Vicariæ Terræ Barrij Cōuentus Andrię, Bitonti, Medicæ, & Barrij: Vicariæ Baſilicatæ Conuentus Altamure, Grauinæ, Matere, & Griptolarum: Vicariæ autem Otranti Conuentus Licei, Neritoni, Tarenti, & Meſapiæ.

Declaramus quod ſi contingat Conuentum Ferrandinæ reſpuere filiationes fratrū ad ſe, antequam Cōgregationi Sanitatis vniretur pertinentium, vel ipſos Fratres ſuam pro dicto Conuentu afiliationem recuſare: ſtante ambarum partium conſenſu, dicti fratres pertineant ad hanc Prouinciam S. Thomæ, cui dictus Conuentus erat iam incorporatus.

Ad petionem Prouinciæ cōcedimus Conuentui Andriæ, qui ob paupertatatem, generale ſtudium conſeruare non poteſt, vt quotannis ſumma, & ſubſidio centum ducatorum à commodioribus Conuentibus exigendorum ſubleuari poſsit, accedente tamen aſſenſu R.P. Prouincialis, & PP. Diffinitorum Capituli Prouincialis,

uincialis, nec non grauiorum Patrum Magistrorum Prouinciæ.

Damus in Baccalaureum ordinarium studij nostri S. Io: de Licito pro gradu, & forma P. Fr. Thomam de Grumo.

Promouemus ad gradum Præsentaturæ RR. PP. F. Vincentium Carmelingum de Ferrandina, P. F. Benedictum de Tarento, P. Fr. Antonium de Martina, & Fr. Vincentiũ de Castellaneto dummodo à futuro Capitulo Prouinciali acceptentur, & nulli geratur preiudicium, seruatisque seruandis.

Asignamus in studentes pro rata Prouinciæ in studio Bononiensi F. Michaelem de Barrio, & F. Iordanũ de Mola. In studio S. Dominici de Neapoli, F. Thomam de Altamura, & Fr. Io: Baptistam de Tarento, In studio verò Patauino P. Fr. Io: Baptistam de Vria, & P. Fr. Thomam de Vallio dummodo in dictis studijs sint loca vacantia.

In Prouincia Calabriæ.

AD petitionem Prouincię damus in Regentem studij nostri Cosentini R. P. F. Dominicum Scopa de Neapoli, in cuius defectum R^mus Magister Ordinis prouidebit, In Baccalaureum autem ordinarium damus P. F. Vincentium de Radecena, & in Magistrum studentiũ pro primo anno P. Lectorem Fr. Dionisium de Briatreo, pro secundo anno P. F. Franciscum de Mõteleone Lectorẽ, & pro tertio P. Lectorem F. Dominicum de Moio, seruatis seruandis iuxta ordinata in Capitulis Generalibus.

Ad petitionem Prouinciæ promouemus ad magisterium PP. F. Paulum de Monteleone P. F. Fanc. de Strã-gulo

gulo, & P.F.Hieronimum de Suriano seruatis seruandis saluis suæ Prouinciæ iuribus & dummodo habeant requisita, quibus conditionibus ad præsentaturam promouemus P.F. Vincentium à Grottarea, P. F. Vincentium de sancto Georgio, P. F. Petrum de Francauilla, P. F. Thomam de Faiano, & P. Fr. Gregorium a Neocastro.

Instituimus in Prędicatores generales P. F. Petrum Mussium de Monteleone, P. F.Hiacynthum de Neocastro, P. F. Dionisium de sancto Georgio, & P.F. Io: Paulum de Montealto, modo habeãt requisita, & sint realiter loca vacantia pro his prædicaturis generalibus.

In Prouincia S. Crucis.

ATtenta Prouincię huius paupertate, ad ipsius petitionem concedimus, quod eius fratres, ad Prouincias Hispaniarum cum licentia Reuerendissimi Magistri Ordinis studij causa transmeantes, nullas soluere teneantur contributiones Conuentibus, seu studijs in quibus erunt assignati.

Acceptamus ad ipsius Prouinciæ petitionem Conuentum nouum S. Antonij in Ciuitate Cumana, & alterum S. Dominici de Portacæli in insula de Portorico seruatis seruandis.

Mandamus omnibus, & singulis Patribus, & Fratribus ad ciuitatem Abana declinantibus ne vllo modo extra Conuentum nostrum pernoctent, aliter a Præsidẽte dicti Conuentus seuere puniantur.

Ad petitionem Prouinciæ, promouemus ad magisterium P. Fr. Io: Maldonatum Regentẽ Vniuersitatis sancti Dominici insulæ Hispaniole, ad Præsentaturam autẽ P.F. Adrianum de Padilla, P. F. Io: Cancer, & P.

 F. Ste-

F. Stephanum de Zamora seruatis seruandis.

§ *In Prouincia S. Iacobi de Mexico.* §

ADmonemus P. Prouincialem, vt in posterum mittat ad Generale Capitulũ, per Diffinitorem, petitiones Prouinciæ a se ipso, & Diffinitoribus firmatas, & sigillo Prouinciæ munitas iuxta Constitutiones nostras.

Admonem⁹, fratres nõ posse iuxta pluries ordinata, ex istis Prouincijs ad Hispaniarum Regna transire, nisi de sola licencia Magistri ordinis, quem rogamus, vt disponat, huiusmodi licentias (si quando aliquas vrgente necessitate concesserit) nullius fore valoris, nisi propri⁹ Prouincialis prebuerit cõsensum in scriptis:

Decernimus, vt Presentature titulo prædicationis in hac nostra Prouincia supprimantur postquam tales Præsentati hodierni defecerint, nullusque deinceps tali gradu, nec titulo gaudeat, nisi per viam lectoratus promotus fuerit, iuxta Constitutiones nostras.

Ad petitionem Prouinciæ concedimus vt conuersi peracto probationis anno profiteri posint, vt antea cõsuetum erat.

Acceptamus præsentaturas P. F. Io: de Quexada, & P. Fr. Ioseph de Cruce, dum tamen accedat consensus Capituli Prouincialis celebrandi, & maioris partis patrum Prouinciæ.

Promouemus ad Magisterium patrem F. Didacum Pacheco, & P. Fr. Franciscum Areualo dummodo acceptentur a Capitulo Prouinciali, vt supra, & ad Præsentaturam promouemus P. F. Damianum de Porras seruatis seruandis.

Insti-

15

Instituimus in Predicatores generales P. F. Illephõsum de Auila pro natione Mexicana saluis iuribus suæ Prouinciæ, & seruatis seruandis, & F. Io: de Esquiuel prò loco primo vacãte saluis iuribus suæ Prouinciæ seruatis seruandis.

Admonemus omnes, nostram non esse intentionem promouere aliquem, qui alias fuerit cõdemnatus ad pænas grauioris culpæ, nisi in Capitulo Prouinciali per Diffinitores, & Patrem Prouincialem, cæterosque grauiores patres per vota secreta fuerit restitutus.

In Prouincia S. Io: Baptistæ del Pirù.

CONcedimus vt in Conuẽtibus S. Rosarij de Lima, S. Dominici de Cusco, S. Dominici de Chuquisaca, & S. Dominici de Potosi, & S. Mariæ Magdalenæ de Lima, præcipuè filij Prouinciæ in Priores eligantur.

Item ordinamus ad petitionem Prouinciæ, quod in ea nequaquam recipiantur ad habitum, neque clericalem, neque laicorum, qui ex Mauris, hæreticis, atque Iudæis, vsque ad quartam generationem originem traxerint, neque quivulgo mulatos, & mestiços nũcupantur, sicuti neq; qui per sanctißimũ Inquisitionis tribunal abiuratione formali reconciliati fuerint.

Coufirmamus ordinationem Capituli generalis Vallisoletani, vt s. Singulis annis dimidium Sinodorum inuestiatur, & expendatur ad possesßiones, vel census perpetuos emendos pro sustentatione Conuentuum.

Mandamus (instãte Prouincia) quod Cõmissarij, qui a Rmo Magistro Ordinis mittentur, antequam suæ auctoritatis actum vllum exerceãt, in Cõuentu de Lima litteras suæ commisßionis, publicare teneantur.

Decernimus, vt qui sine licentia per Prouinciam vagantes

gantes reperti fuerint, omnibus eleemoſinis quas intra terminos huius Prouinciæ collegerint a P. Prouinciali priuentur, & Conuentibus tenuioribus applicentur.

Confirmamus ordinationem ſepè factam, quod nullus Luſitanus ad habitum recipiatur, niſi præhabito à P. Prouinciali noſtræ Prouinciæ Portugalliæ legitimo teſtimonio puritatis ſanguinis.

Confirmamus etiã vt duo fratres carnales, ſibi inuicem in Prioratibus, tam Prouincialibus, quam Conuentualibus ſuccedere minimè poſsint.

Prohibemus, ne fratres carnales, & germani actualium Prouincialium, in Hiſpaniam titulo procuratorũ, vel Diffinitorum generalis Capituli mittantur.

Promouemus ad gradum Magiſterij RR. PP. Præſentatos F. Sebaſtianum Ramos, & P. F. Franciſcum Mexia ſeruatis ſeruandis, & dummodo nihil obſtet in contrarium. Ad præſentaturam autem cum ſimilibus conditionibus, & dummodo actualiter, & realiter modo vacet locus promouemus P. F. Bartholomeũ Martinez, titulo Prædicationis, ſi tamen talis ſit Prouincię conſuetudo. Itemque ad præſentaturam promouemus P. F. Ferdinandum de Carauajal, P. F. Ludouicum de Bilbao, P. F. Michaelem de Leon, & P. Fr. Io: Perez dummodo quo ad lecturam requiſita habeant, ſeruatis ſeruandis, & ſaluis iuribus ſuæ Prouinciæ, & dũmodo etiã omnes prædicti promoti aſsiſtant perſonaliter in ſua Prouincia, eidemq inſeruiant pro qua ſunt inſtituti.

Inſtituimus Prædicatorem generalem P. F. Io: de Eſcudero dummodo dabeat requiſita, & realiter ſit locus vacans iuxta numerum præſcriptum in Actis Capituli Generalis.

Acceptamus Magiſteria PP. F. Didaci de la Torre, P. F. Auguſtini de la Vega, P. F. Franciſci de Caſtro, P. F.

P. F. Petri de Paredes, P.F.Ildefonsi Velasquez, & P. F.Augustini Montes dummodo habeant requisita iuxta dispositionem nostrarum Constitutionum, neq; sint supra numerũ, iã in Capitulis Generalibus prescriptum

Acceptamus Præsentaturã P. F. Andreæ Lison dũmodo ad hanc suam Prouinciam se conferat, ibique personaliter asistat, & non aliter.

§ *In Prouincia S. Antonini.* §

Confirmamus omnia ordinata a Reuerendissimo P. nostro Ordinis Magistro, sub anno 1613. & 1618. pro regulari obseruantia, & regimine huius Prouinciæ.

Declaramus, Conuentus non teneri ad soluendas cõtributiones P. Prouinciali, nisi personaliter illos visitauerit.

Mandamus Patribus Doctrinarijs, ne diebus festiuis a suis doctrinis recedant.

Imponimus RR. P P. Prouinciali, & Diffinitorib9 Capituli Prouincialis, vt cum taxa aliqua pro contributionibus fuerit statuenda, id fiat sine excessu, & pro doctrinarum facultate.

Fratres qui exrra Proninciam sine licencia discurrẽtes reperti fuerint seuere puniantur iuxta Capitulorũ Generalium Ordinationes, & si lectores, vel graduati ad eorum petionem extra Prouinciam fuerint asignati, ipsorum loca vacare censeatur.

Quod vero attinet ad reijciendos Neophitos, Ethiopes, & mesticios, ne ad habitum recipiantur, id totum ad Reuerendissimũ Ordinis Magistrũ referimus.

Promouemus ad Magisterium P.F. Matheum de Valenzuela, ad præsentaturam vero P. F. Hieronimum Millas seruatis seruandis.

In

COmmittimus Reuerendiſsimo Magiſtro Ordinis, vt in huius Prouinciæ viſitatione ea decernat circa Conuentus reformatos, & alios, quæ viderit pro regulari obſeruantia expedire.

Damus Conuentus Riuorum, & Carcaſſonenſem, pro ſtrictiori obſeruantia regulari ibi ſeruanda: Conuẽtus autem Arelatenſem, & Limoſi pro educandis Nouitijs, ſeruatis ſeruandis.

Committimus Reuerendiſsimo noſtro, vt decernat an Capitulum intermedium in hac Prouincia celebrari expediat.

Admonemus, vt in eligendis Prioribus Conſtitutiones noſtræ omnino ſeruentur, & præcipuè, vt ij eligantur, qui verbum Dei proponere ſciant.

Ad petitionẽ Prouinciæ, confirmamus Ordinationem vltimã Capituli Prouincialis præteriti huius Prouinciȩ, circa taxã contributionis Prouincialiũ pro tẽpore: dum tamen ad nihil vltra teneantur Conuentus niſi ad expenſas pro ſolo victu quando erunt in actuali viſitatione.

Promouemus ad Magiſteriũ PP. Bacalaureos F. Petrum Bruni, & F. Gabrielem Capeau, ſeruatis ſeruãdis, & ſaluis iuribus ſuæ Prouinciæ: ad lecturam autem ſententiarum pro forma, & gradu in Vniuerſitate Caturcenſe P. F. Ludouicum Maſplede, P. F. Petrũ du Cor, P. F. Mattheum Long, & P. F. Hiacynthum Foreſtier lectores.

Inſtituimus prædicatorem generalem P. F. Io: Planche Maſsilienſem, ſi locus ſit vacans.

Declaramus P. Magiſtrum F. Raimundum Poiſſon præſentis Capituli Diffinitorem pertinere ad Conuẽ-

tum

tum Carpentoractensem, & Reuerendissimum P. Generalem suppleuisse Consensum Conuentus a quo.

Approbamus Præsentaturam P.F. Ioseph Baruc, saluis iuribus suæ Prouinciæ.

Confirmamus omnia Acta per Reuerendissimum Magistrũ Ordinis, in visitatione Conuentus Auinionensis.

In Prouincia S. Laurentij de Chile.

AD petitionem Prouinciæ confirmamus Ordinationem Capituli Generalis Romæ 1608. vt Capitulũ Prouinciale celebretur pro tempore in die Epiphaniæ, in cuius vigilia Prouincialis eligatur. Qua propter concedimus P. Prouinciali moderno, vt duodecim dies ante consuetum terminum Prouincialatus officium finere valeat: quò præfato tempore electio fieri posit.

Item concedimus huic nostrę Prouinciæ, vt indultum Apostolicum petere posit pro institutione Generalium Prædicatorum ad titulum Conuersionis Indorum, pro quatuor Diocęsibus, quas ista Prouincia continet.

Erigimus in Prioratus nostras domos S. Agnetis de Santiago del Esterro, & sancti Telmi de buenos Ayres, seruatis seruandis, iuxta formã pręscriptam in nostris Constitutionibus: concedentes, vt pro primo Conuentu institui posit prædicator generalis P. Fr. Ioan: Vaez, & pro secundo P. F. Laurentius Duran dummodo habeant requisita seruatis seruandis.

Acceptamus Prædicaturam generalẽ P.F. Gabrielis de Coualeda, & Patris F. Henrici Mendoze, qui instituti fuerunt in Capitulo Prouinciali: dũmodo habeant requisita.

In Prouincia S. Hippoliti de Oaxaca.

ADmonemus P. Prouincialē pro tēpore, vt curet in Conuentu S. Dominici, vt pote principaliori, duos continue aſsiſtere magiſtros in Theologia, ſi in Prouincia fuerint, totidemque Baccalaureos, quorum nullum inde remoueat, niſi vrgentiſsima de cauſa.

Promouemus ad Præſentaturæ gradum RR. PP. F. Ildephonſum Romera, P. F. Franciſcum de Morandas, & P. F. Didacum de Mercado, dummodo vacet locus, ſeruatis ſeruandis, & ſaluis Prouinciæ ſuæ iuribus.

In Prouincia S. Petri martiris.

PRomouemus ad magiſterium P. Fr. Timotheum Buſsium de Cherio, ad Præſentaturam vero R. P. F. Hyacinthum Brolia ſeruatis ſeruandis, & ſaluis Prouinciæ ſuæ iuribus, & ſine preiuditio maiorum ſuorum in profeſsione.

Ad petitionem Prouinciæ commendamus P. A. R. Prouinciali vtriuſque Lombardiæ Conuentum Bonifacij in inſula Corſica, eiuſque curæ illum committimus, dummodo à Capitulo Prouinciali eiuſdem Prouinciæ Lombardiæ acceptetur.

In Prouincia S. Catharinæ Senenſis.

ORdinamus ne mittantur fratres ad ſtudia generalia Prouinciarum aliarum, ſine licencia Reuerendiſsimi Magiſtri Ordinis.

Cōfirmamus omnes, & ſingulas ordinationes, & declarationes pro hac Prouincia factas, & præſertim declarationem illam Capituli Generalis Pariſienſis 1611

& Romæ 1612. & Bononiæ 1615. quod Conuentus Iesu Maria, & S. Vincentij, & Conuentus S. Seueri Maioris in ciuitate Neapolitana, & Conuentus S. Mariæ de Arcu in Diocæsi Nolana, nec non Conuentus de Reate pertineāt ad eandem Prouinciam S.Catharinæ Senens. sub pena grauioris culpæ, & alijs pœnis Reuerendissimo Magistro Ordinis arbitrarijs, nequis de diuisione dictorū Conuentuum a præfata Prouincia loqui, tractare, aut eam procurare directè, vel indirectè per se, vel per alium quomodolibet præsumat.

Admonemus, vt seruentur Decreta Pontificia, & præcipuè S.D.N. Paul. Papæ Quinti, circa numerum magistrorum, ijque acceptentur a Prouincia iuxta dispositionem nostrarum Constitutionum.

Confirmamus ordinationem factam in Capitulo Romano circa recipiendos, declarantes quod reuisores litterarum testimonialium recipiendorum sint diuersarum nationum si ad fuerint. s. Hetruscæ, Aprutinæ, & Neapolitanæ, volentes, vt ab ipsis iuuenes ad habitum admittendi examinentur.

Confirmamus etiam ordinationem à Reuerendissimo Magistro Ordinis, in sua visitatione constitutam, vt s. in Conuentu, S.Mariæ ab Arcu S. Seueri, & Iesu Marię, fratres ex modo dictis tribus nationibus assignentur.

Promouemus ad magisterium RR. P P. F. Antoniū Torelli Aprutinum, & P.F.Seraphinum de Laurentijs seruatis seruandis, & Saluis Prouinciæ suę iuribus, & acceptamus lecturam P.Fr. Dominici de Elia Neapolitani.

Damus in Regentem nostri studij generalis sancti Dominici de Aquila R. P.F. Iacobum Cumanum: in Baccalaureum, P. F.Io:Mariam a Balneo regio. In

prouiſione autem magiſtri ſtudentium ſeruetur ordo profeſsionis, vt hactenus fieri conſueuit, dummodo cõcurrat debita litterarum ſufficientia.

Approbamus prædicaturas generales P. Fr. Paulini Tei Hetruſci, P. F. Iordani a Ieſualto Neapolitani, & P. F. Silueſtri de Baſciano Aprutini.

In Prouincia Ruſciæ.

CONfirmamus erectionẽ huius noſtre Prouinciæ Ruſciæ.

Ad petitionem Prouinciæ transferimus ſtudium generale Conuentus ſanctiſsimi corporis Chriſti Leopoli, ad Conuentum S Mariæ Magdalenę extra menia eiuſdem ciuitatis ad petitionem Prouinciæ, & hoc, cũ cellæ neceſſariæ fuerint conſtructę.

Committimus R. A. P. Comiſſario Reuerendiſsimi Magiſtri Ordinis, vt decernat ſuper tempore celebrationis Capituli, & declaramus quod Patres Prouinciales non debent vltra trienium in officio perſeuerare, quando quidem eo tantum temporis ſpatio in officio perſtitit primus Prouincialis auctoritate Apoſtolica inſtitutus & Vicarij huius (aliàs) Congredationis peregrinantiũ; trieniũ in officio non excedebant. Itemque declaramus, vt Priores & Vicarij locorũ iuxta conſuetudinem durent in officio, non tamen vltra tempus præſcriptum in noſtris conſtitutionibus.

Remittimus P. Reuerendiſsimo aſsignationes pro ſtudijs generalibus, extra prædictam Prouinciam, ad tollendam occaſionem vagationum.

Statuimus, vt nullus inſtituatur Prædicator generalis, niſi ſeruatis ijs omnibus, & ſingulis, quæ a noſtris Conſtitutionibus præſcribuntur.

Decla-

Declaramus quod ſocius Prouincialis pro tempore, dum tali fungitur officio, intelligitur aſsignatus in eo Conuentu ſuæ aſsignationis, ex quo fuit aſſumptus.

Declaramus quod Prædicatores generales ad Baccalaureatum promoti non alijs gaudeant Priuilegijs, quàm ijs, quibus, vſque modo gaudere conſueuerunt donec Reuerendiſ. Mag. Ordinis fuerit informatus.

Declaramus quod P. Prouinciali non ſoluantur contributiones, niſi actualiter, & perſonaliter viſitauerit Conuentus.

Ad petitionem Prouinciæ reducimus numerum Magiſtrorũ ad octo, Baccalaureorũ ad nouem, Prædicatorum autem generalium ad tot, quot ſunt Conuctus.

Concedimus ad petitionem Prouincię, vt tertiarij poſt vnum annum religionis, ad habitum Conuerſorum admitti, & anno vno probationis peracto, profeſsionem emittere poſsint.

Ad petitionem Prouincię promouemus ad magiſterium P. F. Gabrielem Drohobicium pręſentis Capituli diffinitorem, & P. F. Marianum de Krzepice Baccalauros. Promouemus autem ad gradum Baccalaureatus titulo prædicationis P. F. Fabianum de Preſmiſlia Prædicatorẽ generalem, prædicti P. Diffinitoris ſocium, ſeruatis ſeruandis, & ſaluis Prouinciæ ſuæ iuribus.

Aſsignamus in ſtudio noſtro Bononienſi loco primo vacante, & pro rata ſuæ Prouinciæ P. F. Modeſtum de Cremenecia.

In Congregatione Sardiniæ.

STatuimus quod nihil circa ſtatum huius congregationis innouetur quoadusque Deo auſpice numerus Conuentuum, & Fratrum augeatur, qui quando fuerit

fuerit competēs, titulo, & Priuilegijs Prouinciæ cumulari poterit. Interim eligantur ad officia qui habiles & sufficientes fuerint, & præcipue filij ipsius Congregationis, qui debitis qualitatibus sint suffulti.

Ad instantiam Congregationis concedimus, vt vrgente graui necessitate, Regētes studiorum possint aliquādo eligi in Priores, simul in officio Regentis permanentes, dummodo huiusmodi officia, se inuicem compatiantur.

Rogamus R[um] P.M. Ordinis ne mittat ad hanc Cōgregationem fratres pro implendis penitentijs eis iniunctis, siquidem multa sic euitabuntur inconueniētia: fratres autem huiusmet Congregationis in alijs Prouincijs studiorum causa commorantes quam primum ad illam redire procuret.

Damus in Regentem Conuentus nostri S. Sebastiani Sasseris, P. F. Io: Baptistam Carruzium.

Promouemus ad Præsentaturam P. Fr. Franciscum Manca, & P.F. Franciscum Horra, dummodo habeāt requesita, seruatis seruandis, & saluis suæ Congregationis iuribus.

Concedimus vt P. Franciscus de Puigsech conseruetur in officio Magistri studentium in Conuentu nostro S. Dominicni Castri Calleris pro tempore competenti.

In Congregatione Hybernia.

DEclaramus quod fratres Hiberni, qui ad alienas Prouincias studiorum causa transierint per actis studijs, ad suam Congregationem reuertantur.

Approbamus ordinata a R. P. Præsentato F. Rocho

cho de Cruce huius Congregationis Vicario pro eiuſdem Congregationis bono, & regulari obſeruantia.

Concedimus predictoP.F.Rocho,facultatem adducendi in Hyberniam quatuor noſtri Ordinis fratres cuiuſcumque nationis & Prouintiæ fuerint(de conſenſu tamen ſuorum Prouincialium) qui fratres legendo, & docendo in eadem Congregatione ſtudia dirigere,& promouere poſsint.

Item concedimus eidē P.F. Rocho, vt fratres Hybernos in extraneis Prouincijs modo commorantes, poſt curſus Theologicos ad ſuam Congregationem reuocare valeat.

In Congregatione Occitana.

COnfirmamus omnia priuilegia, & gratias conceſſas in alijs Capitulis generalibus ad fauorem Reformationis huius noſtræ Congregationis Occitanæ,quā plurimū commēdamus ſuo A.R.P.Vicario moderno.

Suffragia pro viuis.

PRo Sanctiſsimo D.N.Paulo Papa Quinto, & felici ſtatu ſanctę Matris Eccleſię, quilibet ſacerdos vnā Miſſam.

Pro Auguſtiſsimo Imperatore Matthia, & felici ſtatu Romani Imperij, quilibet ſacerdos vnam Miſſam.

Pro Catholico Hiſpaniarum Rege Philippo, Principe, & prole Regia quilibet ſac. vnam Miſſam.

Pro Chriſtianiſsimo Francorum Rege, & Regina, quil. S. v. M.

Pro Sereniſsimo Rege Polonię. q. S. v. M.

Pro Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo DD. Cardinale Burgheſio, noſtri Ordinis protectore, q. S. v. M.

Pro

Pro Illustrissimo & Reuerendissimo DD. Cardinali de Aracæli, ex Ordine nostro assumpto, q. S. v. M.

Pro Illustrissimo & Reuerendissimo DD. Cardinali Duce de Lerma. q. S. v. M.

Pro Collegio Illustrissimorū & Reuerendissimorū Cardinalium S. Roman. Eccles. q. S. v. M.

Pro Illustriss. & Reuerendiss. D D. Archiepiscopo huius Vlissiponensis ciuitatis, q. S. v. M.

Pro Illustriss. & Reuerendiss. Episcopo Inquisitore generali in Regno Portugalliæ, q. S. v. M.

Pro omnibus Prælatis ex Ordine nostro assumptis, q. S. v. M.

Pro Excellentissimo D. Duce de Bragança quilibet S. v. M.

Pro Excellentissimo Duce de Aueiro, qui copiosá contulit huic nostro Capitulo eleæmosinam, q. S. v. M.

Pro Illustriss. Comite S. Ludouici, huius Capituli singulari benefactore, q. S. v. M.

Pro Illustrissima D. Aloysia de S. Albano, q. S. v. M.

Pro Christianis Principibus, qui sub obedientia Sedis Apostolicæ viuunt, Et pro bono totius Christianæ Rei publicæ. q. S. v. M.

Pro Illustrissimo Senatu, & toto populo huius florētissimæ, & amplissimæ ciuitatis Vlissiponæ, q. S. v. M

Pro omnibus benefactoribus, qui contulerunt eleemosinas huic Capitulo, q. S. v. M.

Pro bono statu, & reformatione totius Ordinis nostri, & pro eius Capite Reuerendissimo Magistro Generali, & in eius societate laborantibus, q. S. v. M.

Pro A. R. P. Prouinciali Terræ sanctæ, Magistro F. Thoma Marino, Reuerendissimi Patris Generalis in Germania Superiore Commissario. q. s. v. M.

Vbi Patribus Sacerdotibus vna Missa, Clericis Litaniæ

niæ conuersis vero decies Pater noster, & Aue Maria imponitur.

Suffragia pro defunctis.

PRo animabus Dominorum Regũ Portugalliæ Alphonsi tertij, & successorum, qui hunc Conuentũ Vlissiponensem fundauere. q. S. v. M.

Pro animabus bonæ memoriæ Illustriss. & Reuerẽdiss. DD. Cardinalium Vrsini, & Instiniani, ex Ordine nostro assumptorum, qui perpetuam eleemosinam Capit. Gener. in suis testamentis reliquerunt, q S. v. M.

Pro anima R. A. P. F. Archangeli de Dominicis Prædicatore generali, & pro Prouincia sanctæ Catherinæ Senensis in hoc Capitulo Diffinitore, qui ad suam Prouinciam rediens in Conuentu S. Pauli Hispalensis deuotissime, & singulari omnium fratrum exemplo feliciter obdormiuit in Domino. q. S. v. M.

Pro anima R. P. Magistri Fr. Pauli Mariæ de Neapoli socij P. Diffinitoris Prouinciæ Regni, qui defensis publice in hoc Capitulo conclusionibus ad Patriam rediens in Conuentu S. Pauli Vallisoleti, animam Deo reddidit. q. S. v. M.

Pro animabus Fratrum, & sororum Ordinis nostri, qui à tempore Capit. Generalis proximè preteriti obierunt, q. S. v. M.

Pro animabus omnium benefactorum Ordinis nostri, q. S. v. M.

Vbi Patribus Sacerdotibus vna Missa, alijs Clericis officium defunctorum, conuersis verò Rosarium imponitur.

Fratres, & sorores, qui gloriose obierunt.

IN Prouincia Hispaniæ obierunt F. Illephonsus de Peces, ætate iuuenis, virtute & sanctitate grãdeuus.

uus. Anna Rodriguez Carcera, Beata tertij ordinis, vitæ ſanctimonia inſignis: & Catharina de Herrera, Beata tertij ordinis nobilis genere, nobilior virtute, magnum, & conſtans commiſerationis exemplum, ſua enim omnia in pauperes erogauit.

In Prouincia Regni, in Conuentu ſanctæ Mariæ Sanitatis de Neapoli Congregationis reformatæ, obijt Pater Magiſter F. Marcus de Marthenifio, vnus ex prę fatæ Congregationis Inſtitutoribus, qui toto vitæ decurſu conſtitutionum noſtrarũ cuſtos fuit exactiſsim°.

In Prouincia Aragoniæ obierunt Pater F. Bartholomeus Riera, & P. F. Antonius Creus, ambo octogenarij, ille ſui inſtituti obſeruãtiſsimus, iſte prætereà ſingulari patientia, et mãſuetudine mirabilis. Item obijt ſoror Anna Sanchez Fermoſa, tertij habitus, quæ cathenis ferreis, & cilicijs incædebat onuſta, & orans, diuinas meruit habere viſiones.

In Prouincia Bethica obijt P. F. Auguſtinus de Torres Prę ſentatus, Prior Conuentus Vbedæ, magnum ſanctitatis exemplar.

In Prouincia ſancti Iacobi de Mexico obierunt P. F. Gaſpar de Segura, P. F. Laurentius de Aſſumptione, P. F. Sebaſtianus Montano, hic ab Indis rebellibus; & idolatris, ſagittis percuſus interijt, illi vero natura ad metã, ſua ſponte decurrente animam deuotiſsimè ſuo Creatori reddiderunt. Quo modo etiam obierunt Fr. Didacus de Medelin, & Fr. Petrus de Balmaſeda.

In Prouincia ſancti Ioannis Baptiſtæ de Pirù obijt ſoror Roſa de ſancta Maria, tertij ordinis, quæ in omnibus ſanctã Catharinã Senenſem ad viuum expreſsit. Item P. Præſentatus F. Franciſcus de Vega Prouincialis eiuſdem Prouinciæ, qui ob inſignem doctrinã, & feruentem prædicationem quam ſanctiſsimis moribus exprimebat,

primebat, vir sanctus, & Apostolicus ab illo orbe fuit acclamatus.

Item obierunt in eadem Prouincia P. Magister Fr. Didacus de Ojeda, & P. Præsentatus F. Nicolaus de Aguero, penitentia rara, & morū integritate insignes.

In Prouincia sancti Rosarij Philippinarū obijt P. F. Franciscus Blancas, quem miraculis claruisse fertur.

In Prouincia sanctæ Catharinę Senēsis obijt P. Magister F. Dominicus Montagnolus, vir doctissimus, vt eius scripta testantur, simulque humillimus, & omni virtute ornatus.

In Congregatione Occitana obijt P. F. Sebastianus Michaelis, sacrę Theologiæ professor vir integritate vitæ, & excellentia doctrinæ conspicuus, qui reformationem in Gallia feruentissimo spiritu incæpit, & summa diligentia, quandiu vixit promouere studijt.

PRæcipimus in virtute Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ sub formali præcepto omnibus, & singulis Prouinciarum, Congregationū, & Vicariarum Præsidentibus, vt Acta huius Capituli in omnibus Conuentibus suæ curæ subiectis intra duos menses a receptione præsentium legi, publicari, & semper inuiolabiliter obseruari faciāt, & saltē quater in anno, corā vnius cuiusque Conuentus communitate repeti Mandantes insuper sub pena absolutionis ab officio omnibus prælatis nostri Ordinis, vt trina in quolibet Conuentu haberi curent exemplaria, quorum vnum in communi deposito, cum alijs consuatur, alterum habeāt Priores, seu Præsidentes Conuentuum, tertium conseruēt Magistri nouiciorum, ne quis prætextu ignorantiæ eorum; quæ pie sancita sunt se posit excusare. Volumus autem vt exemplaribus impressis, & sigillo Reuerendissimi

Magis.

Magiſtri Ordinis munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſiſmet originalibus eſſet adhibenda. In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Amen.

DAmus Reuerendiſsimo Patri noſtro Magiſt. Ordinis omnem noſtram auctoritatem circa præmiſſa omnia, vt ea declarare, vel diminuere, omnia deniq; & ſingula facere poſsit quæ nos poſſemus, præſertim vero circa promotionem quorūcumque ad quoſcunque gradus, & circa reformationem Conuentuum, Fratrum, & Monaſteriorum Monialium, ſecundum quod eius prudentiæ videbitur expedire.

CApitulum Generale ſequēs quod erit Prouincialiū, celebrabitur in Italia in Conuentu noſtro S. Euſtorgij de Mediolano, vel vbi ex cauſa rationabili Reuerendiſsimo Magiſtro Ordinis videbitur.

LAVS DEO.

